HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh. Seite 6r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



quia uidelicet ipse p suam passionem genus humanum
deo patri pacificauit. Et notandum quod non dicit pax et
gratia sed primum gratia ac deinde subiungit pax. quia
nullus ad reconciliationis pacem uenire potest. nisi hunc
gratia mitis precesserit. quia ut ad pacem dei uenire possimus
a dei gratia preuenti sumus. Generaliter autem omnia quę
a deo percipimus siue in fide. siue in opere. in abstinentia
in ieunio. et in ceteris. gratuita dono nobis tribuuntur. sola
ipsius mia. Querendum est in hoc loco. cur in dato gratię
nominato filio et spiritu sancto. persona patris reticetur. Nam cum
dicit ab eo qui est. et qui erat. et qui ueniturus est. filium
in his uerbis ostendit. Quod maxime ex hoc probat. cum sub
iungit qui ueniturus est. ad iudicium scilicet. ut reddat
unicuique iuxta opera sua. Pater enim non iudicat quemquam
sed iudicium omne dedit filio. qui solus cum patre et spiritu
sancto habet esse. quia semper est immutabilis. Unde psalmis
ta. Tu autem idem ipse es. Sunt enim angeli. sed mutabi
litate passi sunt. quando unus eorum motus per superbiam
cecidit. Sunt homines. sed mutabiles. sicut primus
homo mutatus est. et ex iusto factus est iniustus. ex bo
no impius. ex immortali mortalis. Omnis enim creatu
ra mutabilis. comparata eternitati. quasi non est. Ideoque
specialiter esse habere dicitur. qui semper idem est. Erat u.
quia ante quam de beata uirgine nasceretur in tempore.
cuncta cum patre fecit tempora. iuxta illud. In princi
pio erat uerbum. et omnia per ipsum facta sunt. Ueniturus
est ad iudicium. iuxta illud angelicum. pmissum. sic uenie
quemadmodum uidistis eum euntem in celum. Cum itaque non
nisi filio hęc congruere uideantur. et hanc gratiam ecclesia